secretas et utiles continet. Cartularius, qui cartas detinet. Primiscrinius,
Is. 18,3,1 *qui scrinium tenet.* Signa vero bellorum dicuntur que ex his exercitus
Romanus ad prelium ducatur et reducatur. Nam aut per vocem aut
Is. 18,3,2 per simbolum admonetur exercitus. Legionum principalia signa
sunt: aquile, dracones. Aquile vero quia eadem avis Iovi in armis
auspicium fuerit. Nam dum idem Iovis adversus Titanas proficiscere-
f. 60^{rb} tur, aquila ei auspicio apparuit; quam/ille pro indicio victorie aptam
tutele sue auspicatus, quo legionis signum dedit; quo factum est ut
deinceps milites signis commit-
Is. 18,3,3 teretur. Draconum vero signa ab
Appolline morte Phitonis serpen-
tis *indicio data* sunt. Dehinc a
Romanis in bello gestari ceperunt.
Is. 18,3,4 Pilam in signo *Octavianus*
Augustus propter nationes sibi
in cuncto orbe subiectas, ut ma-
lum figuras orbis ostenderet.

Graphia-Libellus
f. 36^{v} *Kap. 13 (S. 348)*
Habet autem imperator cum aquila et pallam auream in manibus suis, sicut constituit Octavianus imperator propter nationes sibi in cuncto orbe subiectas, ut malum figuram orbis designet.

Is. 18,3,5 Vexillum et ipsum signum bellicum est. Sub Romulo autem fascicu-
li feni pro vexillis milites habuere. Hinc et manipuli appellantur.
Manipuli enim sunt fasces feni, quod manum implent. Cetera signa
diversis prelata ymaginibus secundum militarem consuetudinem exis-
tunt, per quas exercitus permix-
Is. 18,4,1 tione preliorum agnoscitur. Bucina
est quasi signum datum in hostem.
Is. 18,4,4 Per tubam autem prelium indi-
catur. Interdum autem canitur,

Graphia-Libellus
Kap. 14 (S. 348)
De bucinis... Sint autem in expeditione eius (*scil.* imperatoris) bucine, tube, classica, cornua...

ut bellum committatur, interdum ut insequantur eos qui fugiunt,
Is. 18,4,5 interdum receptui. Classica sunt cornua que convocandi causa sunt
Is. 18,5,1 facta. <Arma> omnium vero rerum instrumenta sunt, unde et ubi
reponuntur, armaria sunt. Item arma et tela sunt que mittimus.
Is. 18,6,1 Nam arma duplicia sunt, quibus percutimus et quibus tegimur. *Ha-*
Is. 18,6,2–3 *bent autem Romani gladios,* frameas; sed gladius est ab una parte, fra-
Is. 18,6,6 mea vero ab utraque parte. Pugio est gladius parvus et bis acutus la-
f. 60va teri adherens. Idem et clunabulum dictum, quod ligetur ad/ clunem.
Is. 18,6,7 Celidoniacus gladius ferrum est latum. Huius duplex mucro ac bi-
Is. 18,6,8 fur<c>us in modum caude yrundinee formatur. Sica gladius latro-
Is. 18,6,9; 7,1 num est. Secures signa sunt que ante consules portantur. Hasta *au-*

---

114 dracones et pilae *Isid.:* et pilae *om. KN* 121 a Grecis et Romanis *Isid.* 125 malum *K* 127 fasciet effeni 129 manipule 143 donabulum climen